A. D. 1914. Nrus V.

CURRENDA

OJCIEC ŚW. PIUS X. DLA POLAKÓW.

Ojciec św. Pius X. otaczający zawsze nas Polaków życzliwością i miłością prawdziwie ojcowską, nowy dał jej dowód listem pisanym własnoręcznie do jednego z naszych wybitnych katolików. List ten brzmi w języku włoskim:

Noi ben volentieri uniremo le nostre alle preghiere dei buoni Polacchi colla ferma fiducia, che il Signore le esaudira liberandoli dalla tribolazione e donando a tutti gli agricoltori spezialmente in quest' anno una messe cosi copiosa, che largamente li compensi delle perdite sibite negli anni passati; e in questa cara speranza impartiamo a tutti di cuore l'Apostolica Benedizione.

Li 26. Giunio 1914.

PIUS P. P. X., *m. p.*

(Po polsku:)

Z miłą chęcią połączymy nasze modlitwy z modlitwami kochanych Polaków, ufając silnie, iż je Pan Bóg wysłucha, pocieszając w strapieniu i da wszystkim rolnikom szczególnie w roku bieżącym tak obfite żniwa, że sowicie wynagrodzą one straty, jakie ponieśli w latach ubiegłych i w tej silnej nadziei udzielamy wszystkim z całego serca Apostolskiego Błogosławieństwa.

Dnia 26. czerwca 1914 ·

PIUS X., *m. p.*

Ojciec św. obiecuje łaskawie połączyć swoje modły z naszymi. Nadto przyrzekł Ojciec św. w osobnem piśmie, iż przy Mszy św. będzie nas nawiedzonych klęskami roku zeszłego polecał Najśw. Sercu Jezusowemu. **Niechże tedy P. T. Duchowieństwo nasze zawiadomi o tem wiernych i wezwie ich do gorących modłów, aby nas Pan Bóg uchronił w tym roku od klęsk elementarnych, a w modlitwach tych nie zapominajmy o Ojcu św. tak dla nas zawsze łaskawym.**

L. 4156.


REKOLEKCYE KAPŁAŃSKIE

odbędą się w bieżącym roku:

1. w **Nowym Sączu,** w kolegium OO. Jezuitów, od dnia 17. sierpnia b. r. (wieczorem) do dnia 21. sierpnia (rano).

2. W **Tarnowie,** w Seminaryum duchownem, od dnia 21. września b. r. (wieczorem) do dnia 25. września (rano).

P. T. Kapłani chcący wziąć udział w tych świętych ćwiczeniach, zechcą się zgłosić pisemnie kilka dni wcześniej do P. T. X. Rektora OO. Jezuitów w Nowym Sączu, względnie do P. T. X. Rektora Seminaryum duchownego w Tarnowie.



L. 2167.

Koronacya cudownego obrazu Matki Boskiej w Zawadzie przy Dębicy.

Do licznych tronów łaski, jakie Królowa Korony Polskiej tak gęsto rozsiała po ziemiach naszej Ojczyzny, przybywa nowy i to w obrębie Naszej Dyecezyi, w Zawadzie przy Dębicy. Niewymowną radość sprawia to sercu Naszemu, że w czasie niedługim znów w tej Dyecezyi już drugi obraz Matki Bożej będziemy mogli uroczyście ukoronować! Niedawno ukoronowaliśmy cudowny obraz Matki Boskiej w Tuchowie — a oto pod dniem 18. listopada 1913. otrzymaliśmy z Rzymu pozwolenie na ukoronowanie jako cudownego obrazu Matki Boskiej w Zawadzie koło Dębicy.

Pragnęlibyśmy gorąco, aby i ta koronacya nie mniej świetnie wypadła jak w Tuchowie i dlatego wiedząc dobrze, że tego rodzaju uroczystości wymagają wielkich wkładów pieniężnych, z całem zaufaniem zwracamy się do wszystkich mieszkańców Naszej Dyecezyi z prośbą o ofiary, choćby najskromniejsze, na sprawienie koron złotych dla Matki Bożej i Dzieciątka Jezus — a zarazem na opędzenie kosztów uroczystości koronacyjnych.

P. T. Duchowieństwo zechce z ambony wezwać wiernych do hojnej ofiarności na ten cel.

I.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

(SECTIO DE INDULGENTIIS).

1.

DECRETUM

SEU DECLARATIONES CIRCA ALIQUOS SPIRITUALES FAVORES PIO OPERI PROPAGATIONIS FIDEI CONCESSOS.

Ad supremam hanc sacram Congregationem S. Officii, sequentia exhibita sunt dubia, pro opportuna solutione, nimirum:

I. Quando parochus delegavit unum ex suis vicariis, committens ei munus colligendi in sua parochia eleemosynas in favorem pii Operis Propagationis

Fidei, uter facultatibus et privilegiis eidem Operi a Sancta Sede concessis fruitur? An solus vicarius? num parochus solus? an vero uterque?

II. In dioecesibus, ubi nullum consilium neque comitatus exsistit, sed solus invenitur sacerdos ab episcopo nominatus tanquam director dioecesanus cum mandato toti huic Operi providendi, gaudetne solus hic director facultatibus et privilegiis a Sancta Sede concessis? An vero episcopus similiter iis fruitur?

Emi ac Rmi PP. Cardinales Inquisitores generales, feria IV., die 25. martii 1914. respondendum esse dixerunt:

Ad I. Tam parochus, cui munus demandatum fuerit in aliqua paroecia colligendi eleemosynas, quam vicarius, cui parochus hoc munus committit, fruuntur facultatibus et privilegiis a Sancta Sede concessis.

Ad II. Non solum sacerdos director, sed et Revmus Episcopus gaudent in casu facultatibus et privilegiis a S. Sede concessis.

Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in solita audientia R. P. D. Adsessori S. Officii, feria V. sequenti, die 26. martii, impertita, benigne sententiam Emorum PP. approbare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

2.

DECRETUM

SEU DECLARATIO CIRCA INSCRIPTIONEM ET TRANSMISSIONEM NOMINUM FIDELIUM ADLECTORUM IN PIAS CONFRATERNITATES.

Cum S. Congregatio Indulgentiis sacrisque Reliquiis praeposita, die 16. iulii anno 1887. declaraverit, inscriptionem nominum christifidelium, qui in Confraternitates proprie dictas cooptantur, esse omnino ad lucrandas indulgentias necessariam; et ex decreto eiusdem S. Congregationis, d. d. 18. augusti 1868. sacerdotes alicuius ex relativis Confraternitatibus rectoris munere carentes, quamprimum commode possunt, transmittere teneantur ad Superiores respectivae Sodalitatis vicinioris canonice erectae nomina receptorum, ut in album ipsius Sodalitatis referantur; dubitari coeptum est, an fideles ex ipso die inscriptionis ad indulgentias lucrandas ius haberent, etsi eorum nomina nondum ad Sodalitatem pervenerint. Et S. eadem Congregatio, diebus 12. decembris 1892. et 15. novembris 1893. affirmativam responsionem protulit. Si tamen, sive ex negligentia, sive ex alia causa, fidelium nomina numquam ad Sodalitatem transmittantur, novum exoritur dubium, an aliquando et quonam tandem tempore, fideles indulgentiarum beneficio censendi sint decidisse. Qua de re supplicatum est apud Ssmum D. N. Pium div. prov. Pp. X., ut mentem suam vellet aperire et defectus ex hoc capite hucusque per quoscumque sacerdotes forte admissos benigne sanare. Et Sanctitas Sua, in solita audientia, die 23. aprilis 1914. R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, praevia sanatione omnium defectuum hucusque

admissorum in inscriptione et transmissione nominum christifidelium, qui ad quamcumque piam Sodalitatem cooptati fuerint, declaravit, firma remanente in conscientia obligatione inscribendi et transmittendi nomina, iuxta decreta aliasque S. Sedis praescriptiones, fideles, eo ipso, quo a legitime deputato admittuntur, rite adscriptos censeri, ad effectum tantummodo, ut indulgentias lucrari aliarumque gratiarum spiritualium participes fieri valeant, etiamsi eorum nomina, quacumque ex causa, in album Sodalitatis relata non fuerint. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

3.

DECRETUM

SEU INDULTUM CIRCA PERAGENDAM SACRAMENTALEM CONFESSIONEM ANTE DIEM LUCRANDAE INDULGENTIAE CONSTITUTUM.

Die 23. aprilis 1914.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii impertita, crebriorem cupiens facilioremque usum reddere Eucharisticae Communionis et nihilominus aliquando obstare noscens praescriptam eodem die, vel aliquo ex antecedentibus, iuxta peculiaria vel generalia S. Sedis indulta, praesertim vero data die 9. decembris 1763. et 11. martii 1908. per S. Congregationem Indulgentiarum, sacramentalem confessionem; firmis remanentibus amplioribus iam factis concessionibus, ac nominatim sub die 14. februarii 1906. per supra dictam sacram Indulgentiarum Congregationem, relate ad eos, qui quotidie vel fere Angelorum Pane reficiuntur; benigne concedere dignatus est, ut ad quaslibet lucrandas indulgentias sufficiens habeatur confessio sacramentalis ultimo octiduo ante diem pro lucranda indulgentia designatum peracta; dummodo tamen non oporteat, ut, secundum prudens confessarii iudicium, aliquis ex christifidelibus aliter se gerat.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. † S.

† D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

4.

DECRETUM

PECULIARES GRATIAE SPIRITUALES IN FAVOREM FIDELIUM SOCIETATIBUS A TEMPERANTIA VEL ABSTINENTIA AB INEBRIANTE POTU ADSCRIPTORUM DECERNUNTUR.

Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X. in audientia R. P. D. Adsessori S. Officii feria V. die 21. maii 1914. impertita, cupiens propensiorem Suam vo-

luntatem erga Societates, a Temperantia vel Abstinentia ab inebriante potu nuncupatas, ostendere, earumque Sodales in provehendo tam salubri proposito alacriores experiri; apostolica auctoritate, benignam de thesauro Ecclesiae largitionem adaperire constituit et sequentes indulgentias istiusmodi Sodalitatibus, dummodo a Rmis Ordinariis canonice sint erectae vel in posterum erigantur, concedere dignatus est:

I. Indulgentias Plenarias. Sodalibus confessis ac S. Communione refectis aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitantibus ibique ad mentem Summi Pontificis orantibus: 1. Die, quo Sodalitati nomen dederint. 2. In festo cuiusque Sodalitii Titulari. 3. In festo S. Ioannis Baptistae vel Dominica immediate sequenti. 4. Quatuor in anno diebus festis, a Rmis Ordinariis semel tantum designandis. 5. Semel in mense, die cuiusque Sodalis arbitrio eligenda, si per integrum mensem orationem aliquam a Rmo Ordinario pro respectiva Sodalitate adprobatam devote recitaverint.

II. Indulgentias Partiales. 1. Septem annorum totidemque quadragenarum, quatuor in anno diebus ab Ordinariis semel tantum designandis, quibus Sodales aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, simulque promissionem circa temperantiam vel abstinentiam a potu inebriante ex corde renovaverint. 2. Trecentorum dierum, ab iis Sodalibus lucrandam, qui ebrietati deditos ab huiusmodi vitio avertere conati fuerint, vel aliquem ex iis, ut Societati adscribatur, adduxerint; aut coetibus Sodalitatis interfuerint.

Quae omnes et singulae indulgentiae etiam defunctis applicari queunt.

Indulsit tandem eadem Sanctitas Sua, ut Missae omnes, quae pro anima alicuius Sodalis defuncti a quocumque sacerdote adplicantur, ita illi animae suffragari possint ac si ad altare privilegiatum celebratae fuissent.

Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. † S. † D. Archiep. Seleucien., *Ads. S. O.*

5.

DECRETUM

SEU DECLARATIO CIRCA MODUM BENEDICENDI QUAEDAM DEVOTIONALIA APOSTOLICA AUCTORITATE.

Consuevit Apostolica Sedes in facultatibus concedendis, quae benedictionem respiciunt crucium, coronarum, numismatum, aliorumve devotionalium, permittere, ut sacerdotes delegati unico crucis signo utantur, nulla adhibita formula, nullis vestibus sacris, absque aliis caeremoniis; at pluries dubitatum est, utrum signum crucis toties peragendum sit, quot sunt res diversae benedicendae, vel diversae facultates, quibus gaudet sacerdos, an quolibet in casu unicum generaliter signum sufficiat.

Et Ssmus D. N. D. Pius div. prov. Pp. X., in audientia R. P. D. Commissario S. Officii, feria V., die 18. maii, anno 1914., impertita, audito Emorum Patrum Inquisitorum generalium suffragio, feria IV., praecedenti in ordinaria Congregatione emisso, decernere et declarare dignatus est, ut sequitur: „In benedicendis pluribus similibus aut diversis religionis obiectis, quae sacerdoti pluribus facultatibus munito, coniuncta vel commixta offeruntur, atque in ipsis, vigore diversarum facultatum, indulgentiis ditandis, sufficere unicum signum pro pluribus benedictionibus atque indulgentiarum adnexionibus. Et declaratio non extendatur ad metallica numismata scapularibus substituenda, de quibus in decreto S. Officii, dato die 16. decembris, anno 1910". Contrariis quibuscumque non obstantibus.

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. † S.

Fr. Dom. M. Pasqualigo, O. P.,
Comm. G. lis S. O.

6.

DECRETUM

SEU DECLARATIO CIRCA INDULGENTIAM „TOTIES QUOTIES" CRUCIFIXIS ADNEXAM.

Supremae sacrae Congregationi S. Officii relatum est, sacerdotes quosdam consuevisse benedictione donare crucifixos, asserentes iisdem applicare plenariam Indulgentiam, toties a fidelibus lucrandam, quoties osculum alicui ex praefatis crucifixis infixerint; id vero apostolica auctoritate. Quum non sit de Romanae Ecclesiae consuetudine in facultatibus indulgentias applicandi quosdam limites discretionis excedere, ad mentem decreti S. Indulgentiarum Congregationis d. d. 10. augusti, anno 1899, in quo aliquot exhibentur regulae, „quibus prae oculis habitis, nedum locorum Ordinariis, sed et ipsis christifidelibus facilis aperiretur via ad dignoscendum, quodnam sit ferendum iudicium de aliquibus indulgentiis, quae passim in vulgus eduntur, dubiamque praeseferunt authenticitatis notam", visa est asserta facultas aut mere dictitata, aut praepostera interpretatione accepta.

Hisce considerationibus permoti Emi ac Revmi Patres Cardinales generales Inquisitores, feria IV., die 10. iunii, anno 1914., censuerunt esse de hac re Sanctissimum consulendum. Sanctitas porro Sua, in audientia, feria V. subsequenti, die 11. iunii, eodem anno, R. P. D. sancti Officii Commissario impertita, mentem suam benigne aperire dignata est, et mandavit sequens expediri decretum: „Facultas benedicendi crucifixos cum indulgentiae plenariae applicatione, toties quoties nuncupatae, sive personaliter a Summo Pontifice, sive quomodocumque ab Apostolica Sede, per tramitem cuiuslibet Officii vel personae obtenta, ita et non aliter est intelligenda, ut quicumque christifidelis in articulo mortis constitutus aliquem ex huiusmodi crucifixis benedictis, etiamsi illi non pertineat, osculatus fuerit, vel quomodocumque tetigerit, dummodo confessus ac sacra Communione refectus, vel, si id facere nequiverit, saltem contritus,

Ssmum Iesu nomen, ore, si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperit, plenariam indulgentiam acquirere valeat. Contrariis quibuscumque non obstantibus".

D. CARD. FERRATA, *Secretarius.*

L. † S.

Fr. Dom. M. Pasqualigo, O. P.
Comm. G. lis S. O.

II.

S. CONGREGATIO DE RELIGIOSIS.

1.

DECRETUM

DE NOVITIATUS TERMINO ET INTERRUPTIONE.

Cum propositae sint quaestiones sive circa tempus seu momentum, quo annus novitiatus compleri dicendus sit, sive circa modum, praesertim si novitius extra domum de licentia Superiorum per aliquot tempus moratus fuerit, quo interruptus haberi possit, S. Congregatio Religiosis Sodalibus praeposita, ad anxietates praecavendas, praecique quoad professionis validitatem, statuit et decrevit, ut sequitur:

1. Annus integer novitatius, qui solus ad validitatem professionis requiritur, in posterum non stricte de hora ad horam, sed de die in diem intelligi debet. Idem dicendum de tribus integris annis votorum simplicium, quae emissionem votorum solemnium praecedere debent.

2. Novitiatus interrumpitur ita, ut denuo incipiendus et perficiendus sit: *a)* si novitius a Superiore dimissus e domo exierit; *b)* si absque Superioris licentia domum deseruerit; *c)* si ultra triginta dies etiam cum licentia Superioris extra novitiatus septa permanserit.

3. Si novitius infra triginta dies, etiam non continuos, cum Superiorum licentia, extra domus septa permanserit, licet sub Superioris obedientia, requiritur ad validitatem, et satis est, dies hoc modo transactos supplere; at Superiores hanc licentiam nisi iusta et gravi de causa ne impertiant.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X relatis ab infrascripto sacrae Congregationis Secretario, Sanctitas Sua ea rata habere et confirmare dignata est, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3. maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L. † S.

† Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

2.

PARISIEN.

DE NOVITIIS MILITIAE ADDICTIS.

Procurator Generalis Congregationis Sacerdotum Missionis harum quaestionum solutionem a S. Congregatione de Religiosis expostulavit, nempe:

I. Utrum novitiatus illorum, qui coguntur e domo probationis exire causa militiae aut ad eandem militiam denuo vocati, censendus sit *interruptus*, ita ut ab initio sit repetendus, nulla ratione habita temporis novitiatus iam expleti; an vero sit aestimandus tantummodo *suspensus*, ita ut debeat solum compleri.

II. Utrum computari possit veluti tempus novitiatus servitium militare, quod expletur in loco, ubi exstat domus probationis, si novitii maneant sub disciplina et vigilantia moderatorum et horis subsecivis consistant in eadem probationis domo, eaque omnia peragant, quae cum militia concilientur.

Emi et Revmi Patres Cardinales sacrae huius Congregationis de Religiosis, omnibus mature perpensis, respondendum censuerunt:

Ad I. Affirmative ad primam partem; Negative ad secundam, si novitius ultra triginta dies completos servitio militari reapse addictus fuerit. Si infra triginta dies, hi supplendi erunt. Et in quocumque casu ad professionem votorum admitti nequit, nisi saltem per triginta dies probetur.

Ad II. Negative.

Has autem responsiones relatas Sanctissimo Domino nostro Pio Papae X. ab infrascripto S. Congregationis Secretario, Sanctitas sua approbare et confirmare dignata est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3. maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L. † S.

† Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

3.

SUESSONIEN. ET ALIARUM.

DE MISSIS A RELIGIOSIS SODALIBUS AD INTENTIONEM SUPERIORUM CELEBRANDIS.

Quaesitum est a sacra Congregatione de Religiosis:

1. An Sacrum facere ad intentionem praefixam a Superiore proprie actum internum constituat, qui minime subest voluntati Superiorum?

II. An Religiosus votorum simplicium, vi suae professionis, teneatur *ex iustitia*, aut solum ex caritate, ad celebrandum iuxta intentionem a Superiore praefixam, sibi reservata facultate celebrandi iuxta propriam intentionem in limitibus a Constitutionibus admissis?

III. An possint Superiores obligare sodales subditos in virtute sanctae obedientiae ad celebrandum iuxta praescripta a Constitutionibus?

Emi autem Patres Cardinales sacrae Congregationis de Religiosis, in plenario coetu ad Vaticanum habito die 21. martii 1914. praefatis dubiis responderunt:

Ad I. et II. Providebitur in tertio.

Ad III. Reformato dubio: «An Superiores Religiosi praecipere possint subditis suis etiam in virtute sanctae obedientiae, ut ipsi celebrent secundum intentionem a Constitutionibus praescriptam vel ab ipsis Superioribus statutam, salvis exceptionibus a Constitutionibus vel a legitima consuetudine sancitis?», respondere censuerunt: Affirmative.

Quam Emorum Patrum responsionem Sanctissimis Dominus noster Pius Papa X. referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, ratam habuit et confirmavit die 22. martii 1914.

Datum Romae e Sacretaria sacrae Congregationis de Religiosis, die 3. maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L. † S.

† Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

4.

ROMANA ET ALIARUM.

DE CONFESSIONE APUD ORIENTALES SACERDOTES INSTITUTA, ET DE CONFESSIONE NOVITIORUM.

Edito Decreto *de absolutione sacramentali religiosis sodalibus impertienda,* diei 5. augusti 1913[1]) exorta sunt dubia, quorum solutio expetita fuit a S. Congregatione de Religiosis, nempe:

1. An Decretum sacrae Congregationis de Religiosis, die 5. augusti 1913. comprehendat etiam confessiones, quas Religiosi ritus Latini faciunt apud Confessarios ritus Orientalis, et vicissim?

2. An idem Decretum comprehendat etiam novitios cuiuscumque Ordinis vel Congregationis?

Emi ac Revmi Patres Cardinales, in plenario coetu habito in aedibus Vaticanis die 21. martii 1914. reposuerunt:

Ad 1. et ad 2. Affirmative.

Et sanctissimus Dominus noster Pius Papa X in audientia diei 23. eiusdem mensis et anni habita ab infrascripto sacrae Congregationis Secretario, responsiones Emorum Patrum approbare et confirmare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 3 maii 1914.

O. CARD. CAGIANO DE AZEVEDO, *Praefectus.*

L. † S.

† Donatus, Archiep. Ephesinus, *Secretarius.*

---

[1]) Cfr. Curr. XIII. ex a. 1913. pag. 97.

III.

SACRA CONGREGATIO RITUUM.

DECRETUM

DE LUCE ELECTRICA SUPER ALTARI NON ADHIBENDA.

Expostulatum est a sacra Rituum Congregatione utrum lux electrica, quemadmodum vetita est una cum candelis ex cera super altari iuxta declarationem seu decretum n. 4206. diei 22. novembris 1907., ita etiam in gradibus superioribus ipsius altaris vel ante sacras imagines seu statuas super eisdem gradibus et altari positas prohibita sit?

Et sacra eadem Congregatio, audito etiam specialis Commissionis voto, rescribendum censuit: Affirmative et ad mentem.

Mens est: S. R. C. hanc nacta occasionem, cum innotuerit nonnullis in locis tales abusus invaluisse, ut circa aediculas Sanctorum in pariete super altare positas, et vel in ipsis altaris gradibus, ubi candelabra collocantur, parvae lampades electricae variis distinctae coloribus disponantur — quod profecto minus convenit gravitati et dignitati sacrae Liturgiae propriae et decori Domus Dei — facto verbo cum Sanctissimo, etiam atque etiam Rmos Ordinarios in Domino hortatur, ut pro sua religione invigilent, ne S. C. decreta posthabeantur et ecclesiarum rectores doceant, quae in casu, iuxta decreta, permissa quaeque vetita sunt.

Summa autem Decretorum haec est: Lux electrica vetita est, non solum *una cum candelis* ex cera super altaribus (4097), sed etiam loco candelarum vel lampadum, quae coram Ssmo Sacramento vel Reliquiis Sanctorum praescriptae sunt. Pro aliis ecclesiae locis et ceteris casibus, illuminatio electrica, ad prudens Ordinarii iudicium, permittitur, dummodo in omnibus servetur gravitas, quam sanctitas loci et dignitas S. Liturgiae postulant (3859., 4206. et 4310. ad 1.). Nec licet tempore expositionis privatae vel publicae interiorem partem ciborii cum lampadibus electricis in ipsa parte interiori collocatis illuminare, ut Ssma Eucharistia melius a fidelibus conspici possit (4275).

Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 24. iunii 1914.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. † S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius*.

L. 4481.

W sprawie subwencyi rządowych na budowy kościołów.

Otrzymaliśmy następujące pismo, które udzielamy do wiadomości i ścisłego zastosowania się:

Z c. k. Namiestnictwa. — Lwów, 8. lipca 1914. — L. XI. B. 6727.

C. k. Ministerstwo Wyznań i Oświaty reskryptem z dnia 9. grudnia 1913. L. 44196. oznajmiło, że pomyślnemu przeprowadzeniu budów na cele wyzna-

niowe i koniecznemu popieraniu takich budów przez subwencyonowanie z funduszów państwowych lub z funduszów będących w zarządzie państwowym, stają niekiedy na przeszkodzie trudności z tego powodu, iż w czasie ubiegania się o subwencyę, c. k. Ministerstwu wyznań i oświaty nie zawsze są znane w całości istotne podstawy takiej akcyi budowlanej.

Podstawę samej akcyi budowlanej, a zatem i decyzyi co do udzielić się mających subwencyi, stanowią z natury rzeczy projekt budowy, kosztorys i stosunek rozporządzalnych środków do przewidzianego zapotrzebowania.

W interesie przyspieszenia materyalnego poparcia tych spraw, o ile potrzebują takiego poparcia, musi c. k. Ministerstwo wyznań i oświaty przywiązywać największą wagę do tego, by poszczególne, do tego należące okoliczności, były zawczasu wyjaśnione, gdyż pertraktacye, które mają się prowadzić w Ministerstwie w celu udzielenia danej subwencyi, tylko wtedy mogą mieć widoki powodzenia, jeżeli zgodność projektu budowy z wymogami techniki, względnie z wymogami konserwacyi zabytków będzie wykazaną lub przez przerobienie uzyskaną, jeżeli wysokość zapotrzebowania będzie ustaloną i jeśli dane będą odpowiednie daty co do wysokości rozporządzalnych lub spodziewanych środków.

C. k. Namiestnictwo ma zaszczyt zawiadomić o tem Najprzewielebniejszy Konsystorz z prośbą o podanie powyższego reskryptu ministeryalnego do wiadomości Urzędów parafialnych z poleceniem stosownego poinformowania interesowanych komitetów parafialnych, celem uniknięcia, aby kwestyonowane budowy, o ile potrzebują pomocy ze strony c. k. Ministerstwa, nie były inicyonowane w sposób, któryby opóźniał lub wykluczał zupełnie taką pomoc.

Za c. k. Namiestnika: *Kadyi.*

L. 4401.

„Zaraniarstwo“ w Królestwie Polskiem.

Otrzymaliśmy następujące pismo:

Dla stłumienia ruchu, jaki sobie wzięła za program ludowa, w duchu i na zasadach heretyckich prowadzona, gazeta „Zaranie“ w celu zobojętnienia w wierze katolickiej, obniżenia powagi Stolicy Apostolskiej, Biskupów i duchowieństwa, zarządziłem, aby prenumerującym, czytającym powyższą gazetę, lub w jakikolwiek sposób popierającym ruch zaraniarski odmawiać Sakramentów św. i sakramentaliów, wyjąwszy Chrzest dziecka i Sakramenta „in articulo mortis“, do czasu wyrzecenia się czytania i prenumerowania „Zarania“ i popierania ruchu zaraniarskiego.

Niektórzy jednak moi dyecezyanie dla obejścia powyższego zarządzenia udają się do Dyecezyi Tarnowskiej i okłamują miejscowych proboszczów, że stale tam mieszkają, lub że bawią tam więcej niż miesiąc czasu, — uzyskują udzielenie ślubu, pomimo że stale mieszkają w dyecezyi mojej i ślubu otrzymać nie mogli do czasu wyrzeczenia się „Zarania“.

Wobec tego proszę najuprzejmiej Waszą Ekscelencyę o łaskawe w tym względzie zaradzenie, stosownie do uznania. Według mego zdania najbliższym celem byłoby wymaganie od osób dyecezyi Kieleckiej, chcących wziąć ślub w Dyecezyi Tarnowskiej, niezależnie od czasu, jaki według oświadczenia własnego w Tarnowskiej Dyecezyi mieszkają, — przedstawienia świadectwa z Konsystorza Kieleckiego, czy niema jakichkolwiek przeszkód do zawarcia małżeństwa.

Łączę wyrazy głębokiego szacunku i poważania

sługa w Chrystusie

† *Aug. Łosiński, Bp.*

Komunikując to pismo zwłaszcza P. T. XX. Rządcom parafii graniczących z dyecezyą Kielecką, polecamy, aby w każdym poszczególnym wypadku zamierzonego małżeństwa przez dyecezyan kieleckich odnosili się do Nas po informacyę.

L. 4399.

Kongregacya Braci Szkół Chrześcijańskich.

Otrzymaliśmy następujące pismo:

„Zaniechajcie dziatek, a nie zabraniajcie im przychodzić do Mnie, albowiem takich jest królestwo niebieskie".

Słowa te wyrzeczone przez Boskiego Zbawiciela, zrozumiał założyciel kongregacyi „Braci Szkół Chrześcijańskich", św. Jan Chrzciciel de la Salle. Widząc biednych opuszczonych i zaniedbanych chłopców pod względem nauki i wychowania religijnego, ulitował się nad nimi na wzór Boskiego Mistrza, tulił do siebie, mając o nich zawsze prawdziwie ojcowską pieczę i troskę. Ażeby dzieło Boże przez niego w czyn wprowadzone, nie skończyło się z jego śmiercią na ziemi, założył w tym celu zgromadzenie zakonne, Braci Szkół Chrześcijańskich, które obok swego uświęcenia, wszystkie siły i zdolności postanowiło poświęcić wychowaniu i wykształceniu religijnemu chłopców pochodzących z rodzin tak ubogich jak i zamożniejszych. Zgromadzenie Braci Szkolnych rozszerzyło się po całym świecie i pracuje w pierwotnym duchu św. Założyciela swego.

Na naszej polskiej ziemi założyli Bracia szkolni pierwszy zakład w roku 1903. we Lwowie. Obecnie dążą Bracia Szkolni do tego, aby w Galicyi założyć polską prowincyę swego Zgromadzenia. Do tego zaś potrzebują ludzi naszych, aby ich na Braci Szkolnych wykształcić. W tym celu założyła Kongregacya Braci Szkolnych tak zwany „Juwenat", do którego przyjmuje pobożnych i zdolnych do nauki chłopców w wieku lat 11—15, aby ich przygotować do Nowicyatu.

Kongregacya Braci Szkolnych udaje się z gorącą prośbą do WW. Duchowieństwa o rozkrzewianie i poparcie dzieła tak ważnego w obecnej chwili. Jeżeli więc WW. Duchowieństwo zna w swojej parafii takich dobrych, pobożnych i zdolnych do nauki chłopców, kierownictwo „Juwenatu Braci Szkolnych" we

Lwowie ul. Lelewela 9. z największą chęcią przyjmie tych chłopców. Warunki przyjęcia podaje się w każdym poszczególnym wypadku osobno. Prośby o przyjęcie już teraz można nadsyłać. Rok szkolny 1914/15 w Juwenacie rozpocznie się z początkiem września.

Kierownictwo Juwenatu Braci Szkolnych.
Lwów, ul. Lelewela 9.

Podając powyższe pismo do wiadomości P. T. Duchowieństwa, zachęcamy gorąco do niesienia pomocy tak ważnemu dziełu dla wiary św., Kościoła św. i przyszłości naszego narodu.

L. 4006.

Praktyki religijne młodzieży szkolnej.

P. T. Duchowieństwu parafialnemu i Księżom Katechetom nakładamy jako ścisły obowiązek zawiadamianie Zarządów szkolnych przynajmniej na tydzień naprzód o zamierzonych praktykach dziatwy szkolnej.

Msze św. Związku mszalnego do odprawienia.

W związku z Kurendą II. b. r. podajemy nazwiska 50 P. T. Kapłanów dyecezalnych, którzy do końca grudnia b. r. mają odprawić po jednej Mszy św. czytanej na intencyę osób zapisanych do dyecezalnego Związku mszalnego:

Zachara Jan mł., Zachara Jan st., Zaczek, Zalasiński, Zapała A., Zapała M., Zięba, Zuziak, Adamczyk, Albin, Bach, Badowski, Bajda, Baliński, Bardel, Bartoszewski, Dr Bąba, Bączewski, Bączyński J., Bączyński Wł., Dr Bernacki, Bibro, Biliński, Birnbaum, Bobczyński, Bogacz J., Bogacz W., Bombicki, Borowiecki, Brandt, Brożek, Bruśnicki, Bryja, Bryndza, Bubula, Bukowiec, Dr Bulanda, Całka, Cebula, Chendyński, Chmura, Chorążak, Christ, Chrobak, Chrzanowicz, Chrząszcz, Dr Cierniak, Ciszek Jan, Ciszek Piotr, Czapieński.

L. 4283.

Poszukuje się

metryk urodzin Krasińskich z 17. i 18. wieku, zwłaszcza zaś metryki urodzenia **śp. Jana Nepomucena Krasińskiego,** zmarłego około 1836 r.

Metryki te mogą się znajdować przedewszystkiem w parafiach powiatów Grybów, Tarnów, Nowy Sącz i Limanowa.


Znalezione metryki należy odesłać JWnemu Panu Stanisławowi Krasińskiemu, c. k. staroście w Cieszanowie.

L. 3691.

Polecenie.

Ks. Michał Krawczyk, wikaryusz w Oleśnie, wydał **Zbiór pieśni (300) nabożnych,** pod tytułem: **„Wysłuchaj Panie...“,** z dodatkiem najpotrzebniejszych modlitw do Mszy św., spowiedzi i Komunii św., który niniejszem dla użytku ludowego polecamy.

Cena egzemplarza oprawnego 1 Kor.; do nabycia u autora.



Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Nominati: Plurimum Reverendi Domini Sacerdotes Iubilati Msgr. Szurmiak Franciscus, Parochus in Czermin; Michalik Josephus, Parochus in Książnice et Górski Ignatius, Parochus in Kamienica — Consiliarii Consistorii Eppalis ad honores et Benedictione Apostolica cohonestati.

Instituti: AA. RR. DD. Adamczyk Iosephus, Parochus in Lipnica wielka, ad benef. in Nawojowa et Put Iosephus, Cooperator ad Ecclesiam cathedralem et parochialem, ad beneficium in Szczawnica.

Praesentatus: R. D. Rogoziński Iosephus, Coop. in Radgoszcz, ad benef. in Chronów.

Constituti: RR. DD. Dr. Lubelski Josephus, Catech. auxil. in c. r. gymnasio I. Tarnoviae, Praefectus studiorum II. Seminarii dioecesani; Dr. Kuc Ladislaus, Administrator vacantis Ecclesiae in Szczawnica, Catecheta scholae popul. ibidem; Palka Joannes, Coop. in Stary Sącz, Administrator vac. benef. ibidem; Stec Jacobus, Administrator vacantis Ecclesiae in Nawojowa, Administrator vacantis Ecclesiae in Lipnica wielka et Osmólski Ladislaus, Coop. in Ciężkowice, Capell. domest. Illmi ac Rvmi Dni Ordinarii.

Translati: RR. DD. Sierosławski Franciscus, Coop. ad Eccl. cath. et paroch. in Tarnów, ad Ciężkowice; Łanowski Joannes, Coop. in Jakóbkowice, ad Piwniczna; Birnbaum Leo, Coop. in Limanowa, ad Czchów; Krawczyk Michaël, Coop. in Olesno, ad Wojnicz; Wielgus Joannes, Coop. in Cmolas, ad Nockowa; Dutkiewicz Florianus, Coop. in Nockowa, ad Cmolas; Smołka Josephus, Coop. in Piwniczna, ad Limanowa; Śliwka Ioannes, Coop. in Barcice, ad Limanowa; Urbański Iosephus, Coop. in Wojnicz, ad Rzochów; Czapieński Ludovicus, Administrator vacantis Ecclesiae in Chronów, ad Grywałd ad Krościenko, qua Coop. expositus; Orzech Adalbertus, Coop. in Rzochów, ad Eccl. cathedr. et paroch. Tarnoviam; Łącki Franciscus, Coop. in Szczucin, ad Eccl. cathedr. et paroch. Tarnoviam; Solak Ioannes, Coop. in Grybów, ad Grodek ad Grybów, qua Coop. expositus; Bruśnicki Adalbertus, Coop. in Dembno, ad Siedliska Bogusz; Rzepka Ioannes, Coop. in Dąbrowa, ad Grybów; Bardel Iosephus, Coop. in Czchów, ad Tuchów; Teper Joannes, Coop. in Tuchów ad Niedźwiedź; Luraniec Iacobus, Coop. in Olesno, ad Wierzchosławice; Koza

Ioannes, Coop. in Siedliska Bogusz, ad Radgoszcz; Potoniec Ioannes, Coop. in Zassów, ad Muszyna.

RR. DD. Neo-ordinati applicati: Brożek Romanus ad Zassów; Firlej Rudolphus ad Barcice; Gac Andreas ad Stary Sącz; Gawenda Antonius ad Dąbrowa; Janas Franciscus ad Szczucin; Oleksik Antonius et Opoka Iacobus ad Olesno; Sandecki Thomas ad Grybów; Śledź Iosephus ad Dembno; Waleń Iosephus ad Jakóbkowice et Zalasiński Andreas ad Bolesław.

Pane emerito provisus: Rvmus Dnus Rozwadowski Iacobus, Canonicus Capit. Cathedr. ad honores et Praepositus Curatus in Stary Sącz.

Piis ad aram precibus commendantur:

Anima p. m. Białkowski Francisci, Presbyteri emeriti, qui die 12. Aprilis a. c. in Domino obdormivit. Societati precum adscriptus.

p. m. Kleta Friderici, Presbyteri emeriti, qui die 23. Maii a. c. pie in Domino vita functus est. Societati precum adscriptus.

p. m. Naturski Ladislai, Presbyteri emeriti, qui die 10. Iunii a. c. pie mortuus est.

p. m. Ręgorowicz Iosephi, Presbyteri emeriti, qui die 10. Iunii a. c. pie ultimo quievit fine. Societati precum adscriptus.

p. m. Kobiela Ioannis, emer. Parochi in Tropie, qui die 13. Iunii a. c. pie animam Domino reddidit. Societati precum adscriptus.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 17. lipca 1914.

Ks. Dr Władysław Mysor
Kanclerz.

† Leon
Biskup

Nakładem Kleru Dyecezalnego. Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie.